

SCHOL. Pulchrè Seneca: Nulla sine Deo mens bona est. Nec fieri potest, ut bonum sine Deo inveniatur. Si rivus sine fonte esse potest, etiam τὸ καλὸν sine Deo, ideoque & virtus. Quare qui virtutem appetit, à Deo initium sumat necesse est. Nec inscitè ethnicus poëta quamvis suo more: ἐκ θεοῦ ἀρχώμεθα. Ut autem Deus virtutis prima est efficiens, ita & summus finis. Optimè igitur monet Nazianzenus: ἀρχὴν ἀπάντων ἢ τέλος ποιεῖ θεόν.

II Secunda causa duplex est: Natura & Cura.

SCHOL. Rectè Plutarchus εἰς παιδῶν ἀγωγῆς: εἰς τὴν παντελῆ δικαιοπραγίαν, inquit, τρία δεῖ σπουδαμεῖν, φύσιν, λόγον ἢ ἔθος, quæ duo posteriora nos sub voce Curæ comprehendimus. Per Naturam autem intelligimus non eam generalem, de qua Aristoteles in ἀκροάσει physicâ, sed naturalem potentiam & habilitatem, per quam homo ad virtutem adipiscendam aptus est. Hæc natura non est in omnibus hominibus eadem, sed in aliis præstantior, in aliis minus præstans, pro diversitate temperamentum, & imprimis donorum Dei. Hinc apparet, quo sensu virtus dicatur homini inesse naturâ, videlicet non quòd sit ἐξ ἐμφυλῆς, sed ratione naturalis potentie ac διαθέσεως. Homo enim non est lapidis instar, sed habet ἀρετῆν ἐπιτηδειότητα ad virtutem, quæ in ratione carentibus non est. De perfectione igitur & habitu accipiendum est quod Aristoteles dicit libr. 2. Ethic. Nicom. cap. 1. οὐδεμία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσιν ἡμῶν ἐγγίνεται. Mox enim subjicit: οὐτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί. Quum verò natura, nisi exterius juvetur, virtutem consequi difficilius possit, curâ opus est, eaque potissimum quadruplici, videlicet παιδείᾳ, φρονήσει, ἀρεταίᾳ, ἢ ἀσκήσει. Per παιδείαν indicatur illa disciplina & institutio, per quam homo acquirit notitiam, quæ virtutis actionem necessariò præcedit, siquidem fieri non potest, ut cum virtute habiter ignorantia. Si enim facis rectum

Falsum, fuit siu
militari de curam
Aristo tali finem
tam

quod duplex est
CURA

I. cc

cc

cc

cc